

¶ Termini causarum in Ro. Lu. seruari soliti in causa benefical.

¶ In prima instantia.

- ¶** Primo ad dicendum contra commissionem ad primam diem.
- ¶** Item ad libellandum libellariq; videndum ad primam diem.
- ¶** Item ad iurandum iurariq; videndum de calumnia & veritate dicenda ad primam diem.
- ¶** Item ad articulandum articulariq; videndum ad .xij. diem.
- ¶** Item ad dicendum dicitq; videndum contra articulos ad secundam diem.
- ¶** Item ad producendum omnia productiq; videndum ad secundam diem.
- ¶** Item ad dicendum contra producta dicitq; videndum ad secundam diem.
- ¶** Item ad declarandum declarariq; videndum ad primam diem.
- ¶** Item ad dicendum contra declarationes ad primam diem.
- ¶** Item ad concludendum concludiq; videndum. Et postq; conclusum fuerit ad videndum & audiendum diffinitiuam in scriptis sententiam ferri & promulgari ad primam diem vel ad statim.

¶ In Secunda instantia.

¶ Omnes termini prescripti seruantur ad primam diem preterq; terminus ad articulandum qui seruatur ad octauam diem.

¶ In Tertia instantia.

¶ Omnes termini prescripti seruantur ad primam diem. Preterq; terminus ad articulandum qui seruatur ad sextam diem.

¶ In causis Prophanis.

In Prima instantia.

¶ In Prima instantia terminus ad libellandum seruatur ad .viij. Et si lum sequitur terminus ad respondendum libello qui tenetur quater videlicet. Primo pro prima dilatione. Secundo pro secunda. Tertio pro tertia. Et quarto et superabundanti ad omnem malitiam eius conuincendam. Et pro quarta dilatione etiam sub pena excommunicationis. Et semper seruantur ad primam diem. Ceteri vero termini seruantur ad .viij. Preter terminus ad articulandum qui seruatur ad .xv. diem.

¶ In Secunda instantia.

¶ Ad libellandum ad secundam diem. Ad respondendum libello ad primam diem. Ad articulandum ad .x. diem. Et ceteri termini seruantur ad secundam diem.

¶ In Tertia instantia.

¶ Omnes termini seruantur ad primam diem. Preterq; terminus ad articulandum qui seruatur ad octauam diem.

¶ Et nota q; termini predicti in causis obmissi reddunt processum nullum: quia sunt substantiales: & ideo de substantia rei & necessitate processus obseruari debent. Ceterorum vero terminorum obmissio non inualidat processum eo q; sunt accidentales & non de necessitate requisiti.

¶ Super desertione Appellationis.

- ¶** Primus terminus ad dicendum contra commissionem ad primam diem.
- ¶** Secundus terminus ad docendum de diligentia prosecutionis appellatio

nis pro parte sua interposite si quam fecerit primo & prima dilatione ad quartam diem.

¶ Tertius ad dicendum iterum secundo vt supra: & pro secunda dilatione ad primam diem.

¶ Quartus ad idem ad docendum tertio ad quartam diem.

¶ Quinto ad docendum &c. quarto et superabundanti & pro quarta dilatione ad conuincendam omnem eius maliciam similiter ad primam diem.

¶ Sextus ad audiendum ordinationem domini Auditoris super desertione indicte appellationis pro parte sua interposite in presenti causa ad primam diem.

¶ Super Grauamine.

¶ Quando appellatur super certo grauamine seruentur sic termini.

¶ Primo terminus est ad dicendum contra commissionem ad primam diem.

¶ Secundus Terminus ad dicendum contra appellationem ad primam diem.

¶ Tertius terminus ad impugnandum & iustificandum ad primam diem.

¶ Quartus ad audiendum voluntatem domini Auditoris ad primam diem.

¶ Quintus Terminus ad videndum inhiberi iudicia a quo est appellatum ad primam diem.

¶ Super Attempatis.

¶ Primo ad dicendum contra commissionem vt supra ad primam diem.

¶ Secundo ad dandum & recipiendum libellum datus & recipi videndum super attempatis in presenti causa ad primam diem.

¶ Tertio ad dicendum & opponendum verbo vel in scriptis quicquid dicere vel opponere voluerit contra dictum libellum ad primam diem.

¶ Quarto ad respondendum singulariter singulis positionibus & articulis medio iuramento in presenti causa datis.

¶ Quinto ad videndum nonnullos testes pro parte talis in presenti causa produci recipi & ad iurandum admitti.

¶ Super Deuolutione.

¶ Ad dicendum contra commissionem. Ad producendum & procedi videndum in causa hmoi prout fuerit de iure.

¶ Primo & pro prima dilatione ad primam diem.

¶ Secundo & pro secunda ad primam diem.

¶ Tertio & pro tertia ad primam diem.

¶ Quarto & et superabundanti ad omnem maliciam conuincendam & pro quarta dilatione.

¶ Ad dicendum contra iura & munimenta pro parte talis in presenti causa producta: & ad causam deuolutionis hmoi faciendam.

¶ Ad libellandum seu libellum vel petitionem summariam dandum datus videndum &c. super deuolutione hmoi cause.

¶ Ad audiendum voluntatem domini Auditoris super deuolutione antedicta.

¶ Et nota qd si vere constat causam bene & legitime esse deuolutam tunc

nōn seruantur predicti termini. sed post terminum ad dicendum cōtra cō
missionem seruantur terminus ad libellandum.

¶ Super Excomunicacione.

**¶ Ad videndum ⁊ audiendum sententiā excomunicacionis ⁊ processus excomu
nicacionis per dñm auditorem alias in cū promulgatos aggruari ⁊ primari:**

¶ Ad dicēdū cām si quā iustā vel rationabile habeat. q̄re hoc fieri non debeat

¶ Primo ⁊ pro prima dilacione ad primam diem.

¶ Secundo ⁊ pro secunda dilacione ad primam diem.

¶ Tertio ⁊ pro tertia dilacione ⁊ ad primam diem.

¶ Quarto ⁊ ex superabundanti ⁊. vt prius.

¶ Super Remissione ad partes.

¶ Ad dicendum contra cōmissionem vt supra ad primam diem.

¶ Ad audicēdū dictā sine ordinationē dñi auditoris sup remissionē articuloꝝ

**¶ Ad concordandam de loco de tempore ⁊ de iudice seu iudicibus quibus
remissio predicta debeat destinari.**

**¶ Ad dandū interrogatoria si que dare voluerint iuxta que testes in par
tibus producendi examinari debeant ⁊ interrogari.**

**¶ Ad videndum includi ⁊ includendam hñōi positiones ⁊ articulos: ⁊ in
terrogatoria si que data fuerint in rotulo ⁊ sub bulla.**

**¶ Ad concordandū ⁊ concordari videndū de portione qui dictā remissio
nem iudicibus: de quibus conuentū fuerit fideliter portet sub rotulo.**

**¶ Sequuntur certi alij termini in causis palatij
seruandū qui sunt accidentales ⁊ extraordinarij.**

**¶ Ad portandū mandata si quod habet pro dicto principali ad hñōi cām
facies: vel pdicēdū certa iura ⁊ apud eū existentia istā cām tangentia.**

¶ Primo pro prima dilacione ad primā diem. Ad idē. ij. ⁊. Ad idē. iij. ⁊.

¶ Ad idem quarto ⁊. vel dicendum ⁊. ⁊ hoc sub pena excomunicacionis ⁊.

**¶ Ad recognoscendum medio iuramento signa sigilla ⁊ manus notariōꝝ
factum in causa hñōi productorum.**

**¶ Ad recognoscendum medio iuramento quoddam signetum super sumpto
de registro litterarū apostolicarum appositum in causa presentī produc
to ⁊ ipsum sumptum aperte videndum ⁊ signetum pro recognito.**

**¶ Ad videndum ⁊ audiendum. istā a sententiā excomunicacionis per talē
officialem in partibus in eum lata ad cautelam absolut.**

**¶ Ad resumendum seu resumi videndum causam ⁊ causas hñōi in eo sta
to in quo vltimo coram auditore remanserant.**

**¶ Ad concordandū concordariq; vidēdū d̄ interprete ad quoddā instm̄ sine p̄ces
sum in Alamanco scriptū interpretandū nup. p. pte talis in p̄nti p̄ductum.**

¶ Ad videndum iurare interpretem ⁊.

**¶ Ad videndū se excomunicari quia nō respondit singulariter singulis po
sitionib; ⁊ articulis ⁊. Ad idem. ij. ⁊. Ad idem tertio ⁊. Ad idē quarto ⁊.**

**¶ Deinde sequit̄ stilius ⁊ modus obseruandi ⁊ practicandi
terminorū productorū ⁊ primo in prima instantia.**

**¶ Primo terminus q̄ ē ad dicēdū h̄ cōmissionē seruat p̄ p̄ntatiōes cōmissio
nis dñō auditori factā vs. citet̄ ps. h̄ q̄ spectata ē tal. cōmissio p̄ cur. si p̄ns ē**

Ro. Lu. Si autem absens per audientiam contradictoriam ad dicendum
et excipiendum quicquid verbo vel in scriptis dicere siue excipere voluerit con-
tra commissionem eidem dño Auditori factam siue presentatam ad primam
diem iuridicam proxime futuram a die citationis hmoi computando ipsa
die computata. Quo termino adueniente si pars citata comparet per se vel
procuratorem potest generaliter excipere contra hmoi commissionem. Si ve-
ro non compareat accusetur contumacia ipsius non comparentis et nihil ob-
tentis contra commissionem. Et ulterius in eius contumacia petatur iterum
citari ad alium terminum immediate sequentem videlicet ad libellandum.

¶ Secundus terminus qui est ad libellandum sic seruatur. Licet pars aduer-
sa sit. Ad dandum et recipiendum dariq; et recipi videndum libellum seu summa-
riam in hmoi causa petitionem etc. ad primam diem. Qua die adueniente si com-
pareant possunt dari libelli hinc inde ab utraque parte. Et si non compareat pars
accusetur contumacia ipsius non comparentis neq; libellatis. Et in eius contumacia de-
tur libellus generaliter verbo solum et dicitur cum protestatione de dādo latius in fe-
ri in scriptis loco et tpe oportunitatis vel detur specialiter in scriptis et ulterius
petatur pars aduersa citari ad iurandum de calumnia si in causa beneficiāli. Et in
prophana ad respondendum libello in quo seruantur quatuor termini similes.

¶ Tertius terminus ad iurandum de calumnia in beneficiālibus. Et ad respon-
dendum libello. In prophanis similiter seruantur sicut precedenti: videlicet
quod citetur pars aduersa ad iurandum et deliberandum iurariis et deliberari vi-
dendum de calumnia vitanda: et veritate dicenda cum omnibus et singulis ca-
pitulis in et sub calumnie iuramento presentis: et in beneficiālibus et in proph-
anis ad respondendum libello per parte etc. In hmoi causa dato ad primam diem etc.
Qua adueniente si compareant ambe partes iuret de calumnia. Licet pars ad-
uersa respondeat libello: vel iterum citetur ad respondendum etc. Si vero non com-
pareat pars citata accusatur contumacia ut prius neq; iurantis de calumnia
vel non respondentis libello. Et in eius contumacia iuret pars presens
de calumnia ut moris est: Et ulterius petatur citari ad articulandum. Vel
in prophana iterum ad respondendum libello etc.

¶ Quartus terminus ad articulandum similiter seruatur sicut precedenti ita quod
citetur pars aduersa ad ponendum et articulandum etc. ad. xij. in beneficiālibus
Et in prophanis ad. xv. Qua die si compareant partes possunt articulare ver-
bo etc. Vel in scriptis. Et si pars citata non compareat accusetur contumacia etc.
Et in eius contumacia detur articuli verbo solum etc. vel etiam in scriptis:
Et ulterius petatur citari ad dicendum contra articulos.

¶ Quintus terminus ad dicendum contra articulos similiter sicut preceden-
tes seruatur. scilicet quod citetur pars aduersa ad dicendum et excipiendum quicquid ver-
bo vel in scriptis contra positiones articulos etc. dicere siue excipere voluerit
ad secundam diem. Qua die similiter si compareat potest excipere verbo etc. Si au-
tem non accusetur contumacia etc. Et petatur citari ad producendum omnia.

¶ Sextus terminus qui est ad producendum omnia seruatur ad modum alio-
rum viz quod citetur pars ad producendum et produci videndum omnia iura etc. ad. ij. diem etc. Qua
die si partes compareant producant hinc inde omnia iura sua. Et si non compareat
accusetur contumacia partis non comparentis: Et in eius contumacia producantur

fura verbo solum vel in scriptis: Et petatur citari pars ad dicendum contra producta.

Septimus terminus ad dicendum contra producta vt alij termini feruetur iste ad secundam.

Octauus Terminus ad declarandum qui seruatur sicut priores ad primam diem videlicet citetur pars aduersa ad declarandum seu declarari videndum positiones et articulos etc. Et si non bene fuerint specificati vt esset in eis aliquis defectus obmittendo vel male narrando seu alias que omnia possunt suppleri per declarationes in termino isto datas. Et nota qd iste terminus non est substantialis: sed accidentalis: ergo aliquando obmittitur quando non est opus articulos declarare. Et similiter terminus ad dicendum contra declarationes: qui similiter seruatur ad primam diem.

Nonus Terminus ad respondendum singulariter singulis positionibus et articulos oblati per Actorem qui debet seruari anteqm producantur testes: Quia si aliquem articulozum pars rea confiteatur super eo non requiritur aliqua productio: alias vero sic. Et si pars non vult sufficienter respondere: citari debet secundo: et iterum tertio et quarto et superabundanti ad omnem etc. Et sius maliciam conuincendam ad respondendum sufficientis et ad hoc sub pena excommunicationis compelli debet.

Decimus Terminus ad audiendum voluntatem dnoꝝ Auditorum super admissione et repulsionem articulozum siue positionum: et citetur pars aduersa ad primam diem: vel ad horam audientie actor: petat se admitti ad producendum articulos et positiones suos in Ro. Lu. vel extra.

Undecimus Terminus est ad videndum et audiendum iurare testes Qui sic seruatur. Citetur enim pars aduersa ad videndum et audiendum nonnullos Testes ad producendum admitti et iurandum et recipi etc. ad primam diem. Et ad dandum Interrogatoria ad hodie et cras per totam diem. In quo termino producantur Testes et iurent dicere veritatem et quicquid eis constabit de materia articulozum etc. ad primam diem vel secundam diem.

Duodecimus Terminus est Quando articuli probantur per instrumentum litteras et alia iura etc. Et est ad recognoscendum signa sigilla et manus notarioꝝ Jurium et munimentoꝝum hmoi qui similiter seruatur vt precedentes ad primam diem vel secundam etc. Qua die producat actor: recognoscens signa etc. Quibus productis et iuratis si recognoscunt signa etc. Petat qd habeantur pro recognitis.

Tertiusdecimus Terminus ad publicandum et ad videndum et asserendum omnia et singula dicta siue attestaciones testium etc. Publicari copiamq; eorundem decerni et concedi. Accenon ad dicendum et excipiendum quicquid etc. Contra dicta siue attestaciones hmoi dicere siue excipere voluerit. Et seruatur iste terminus similiter sicut precdetes ad primam vel ad ij. diem.

Quartusdecimus Terminus ad concludendum in causa etc. Et si in isto termino fuerit conclusum: quia aliquando post conclusionem pars rea aliquid producit: ideo faciat citari partem sibi aduersam ad dicendum contra ultimo producta: et tunc illa pars citata poterit contra illa excipere generaliter verbo vel in scriptis etc. et nihilominus dnoꝝ Auditoro: poterit concludere

re non obstante. Et tunc habetur pro concluso.

¶ Quintusdecimus terminus qui est ad audiendū sententiam diffinitivā in scriptis ferri vel p̄mulgarj. Et servatur ad primā diem vel statim ad arbitrium dñi auditoris quādoquē fuerit bene deliberatus etc. Postea vero sententia lata in scriptis vt est moris: si pars cōtra quā est lata non appellet et transeat in rem iudicatā h̄mōi sententia: petat victor citari partem aduersas ad videndū expensas tarari et iura restitui et recuperari ad primā diē. Si vero appellet dicta pars et nō p̄sequitur appellationē suam in tempore debito: appellatio tunc dicitur esse deserta: et potest appellatus facere cōmitti causam super desertione dicte p̄tense appellationis: et super cadē desertione p̄cedere vsq; ad declarationē desertionis et nullitatis dicte p̄tense appellationis. Et sic appellans in antea nō audiretur seu admitteret ad p̄sequendum h̄mōi appellationem: nisi fuerit per papam omissione consistoriali restitutus ad appellationem h̄mōi p̄sequendā: et similiter post secundam et tertiam instantias. Si nō appelletur vel p̄sequatur appellationē vt iam dictū est: tunc petantur expense tarari vt p̄ferretur.

¶ De Secunda instantia.

¶ Postea si pars rea vel coniuncta contra quam sententia lata infra .x. dies continuos a tempore late sententie appellauerit: aut appellationem nō p̄secut⁹ fuerit in tempore: tunc illa secunda sententia dicitur transire in rem iudicatam. et tunc petantur expense tarari. Et si appellauerit vt supra dicit in secunda instantia a sententia: tunc facit h̄mōi causam appellationis cōmitti facere: et commissa censetur illa in tertia instantia: et tunc debet seruari termini infra nominati in tertia instantia seruari soliti similiter si cur termini p̄cedentes in prima instantia et in secunda. Quibus tentis et sententia lata a qua non est appellandum: debent tarari expense in termino hoc assignato et restitui iura etc. et sic finitur causa.

¶ Nota quando decernitur citatio ad partes q; ipsa reportata de partibus debite executā debet citari pars aduersa ad dicendum contra cōmissionem citationemq; ad partes decretam et eius executionem: et hoc per audientiam contradictarum. Quia quotiens pars est absens a Curia semper teneatur processis per audientiam contradictarum: Et sic primus terminus in causis semper teneatur per audientiam: Et similiter seruantur omnes termini sicut prius dicitur.

¶ Item nota q; quando proceditur per audientiam causarum semper debet fieri relatio p̄ cursorē de quilibet citatione q̄c̄ito facta fuerit sollicit⁹ norarius vt notet in manuali suo: ne obliuiscatur propter processum: Quia alis nullus esset roboris. Sed quando proceditur per audientiam contradictarum tunc non est fienda relatio: Quia sententia in audientia lecta et sigillata et authenticata facit fidem et relationem de termino assignato: et tunc semper proceditur in conuentionem partis aduersae ad quemlibet actum.

¶ Item Nota quando proceditur in remissione de partibus reportata ceterum cum dicta remissio cause sigillo iudicis sigillata cum attestacionib⁹ fuerit in Ro-Lu. reportata et hora causarum iudicialiter exhibita: primo et ante omnia recognoscatur sigillum iudicis remissionis p̄dicte a partibus

hinc inde. Si ipse partes simul compareant in iudicio. alias pars comparanda
faciat citari aliam ad recognoscendum sigillum &c. ad primam diem vel sta-
tim. In quo termino si partes compareant tunc fiat vt supra. Si vero pars
comparens in contumaciam non comparentis recognoscat sigillum: & au-
ditor recepto iuramento ab eo qd huiusmodi sigillum est: vel credit esse illius cu-
ius esse dicitur: & tunc habetur pro recognito. Et hoc facto si ambe partes
fuerint presentes petatur remissionem aperiri. Si vero vna tantum sit pre-
sens tunc ad instantiam comparentis citetur alia ad videndum aperiri ad
primam diem vel ad statim. Quo termino adueniente. Si ambe partes co-
pareant in eorum presentia dñs auditor: aperit: vel habet remissionem pre-
fatam pro aperta. Si vero vna pars tantum presens fuerit ad instantiam
illius in contumaciam partis non comparentis: dñs auditor: aperiat remis-
sionem. Qua aperta petunt partes quandoq; sibi publicari attestaciones
testium in partibus receptorum & etiam in curia: & copiam earum sibi decer-
ni. Et tunc dñs auditor: in presentia partium publicet huiusmodi attestaciones
& eorum copiam decernet. Et si vna partium solum presens fuerit citetur alia
ad videndum publicari testes ad primam diem vel ad secundam. Et si tunc
compareat pars dñs auditor: publicet attestaciones. Si vero non compare-
at nihilominus in contumaciam non comparentis publicet &c. Et copiam
decernat. Et quicquid postea observatur terminus ad dicendum contra atte-
staciones huiusmodi ad octavam vel primam diem secundum arbitrium Auditor
rum & qualitatem attestacionum. Et quandoq; ille terminus non obser-
uatur. Sed tunc seruatur terminus ad concludendum vel dicendum cau-
sam quare &c. In quo termino si non allegatur causa rationabilis quare
non sit concludendum: Auditor: concludat salua libera potestate reuocan-
di etiam altera parte contradicente.

¶ Qualiter proceditur in causis premissis post mortem vel absentiam Au-
ditorum cum potestate alterius auditoris resumendi.

¶ Primus Terminus est ad dicendum contra commissionem ad primam
diem.

¶ Secundus Terminus ad videndum resumit causam ad primam diem vel
ad secundam. Qua causa resumpta in eodem stato in quo coram priore iu-
dice seu auditore remanserat procedatur in ea subsequenter post vltimum
terminum coram alio auditore habitum.

¶ Declarationes publice.

¶ Si vero in huiusmodi causa fuerint aliqua dubia & partes petant causam po-
ni in publicis declarationibus: tunc dñs auditor: potest prefigere terminum
partibus ad allegandum in causa & dare partibus dubia in scriptis: & dem-
de allegare in causa habita per dñm auditorem in iura deliberatione cum
consilio aliorum coauditorum potest prefigere terminum partibus ad audiendum
sententiam. Si vero in huiusmodi causa non fuerint dubia: tunc dñs auditor: in pre-
sentia potest conclusionem absque aliquibus allegationibus habitis consilio & iura
deliberatione aliorum suorum coauditorum super meritis cause statuere potest partibus
terminum si preterea fuerint. Alloquin ad instantiam partis comparentis citabitur
alia ad videndum & audiendum sententiam in scriptis ferri & promulgari.

De taxatione Expensarum.

Si vero a sententia non appellatur solet citari pars contra quam est facta ad videndum taxari expensas ad primam vel secundam scdm arbitrii iudicis. In quo termino si ambe partes compareant tunc oñs Auditor in presentia partium taxabit & moderabit expensas prout videbitur expedire fm cedula computationis seu taxationis damni per partem: recepto prius iuramento a parte q̄ tantum expendit. Si vero pars citata non compareat: nihilominus in contumaciam eius possunt expense taxari.

Sequuntur certe Constitutiones

de litibus abbreviandis.

Et quoniam Lites super quibusvis causis Beneficialibus prophanis & alijs que peremptorie per quascunq; personas secularis vel regulares in Ro. Lu. ex Apostolica commissione mouentur atq; tractantur intendim⁹ fieri breuiores: Et vt litigantes ad ipsam Curiam pro defensione iurum ipsorum venientes ad huiusmodi causas prosequendas releuentur laboribus & expensis: Statuimus & ordinamus q̄ in causis in quibus de iure vel als per rescriptum siue commissione proceditur talis ordo seruetur summarie & de plano &c. Quando causa committitur in palatio terminis non obseruatis sola facti veritate inspecta: si causa sit beneficialis: vel alia talis in qua de iure procedi debeat summarie simpliciter & de plano &c. Secundum q̄ in causa proceditur sine illa omnia in commissione exprimantur & partes in Curia sint presentes obmisso termino ad libellandum: & recepto statim iuramento calumie a partibus procedatur ad dandum positiones & articulos ad decimam. Ad dicendum contra eosdem ad primam diem. Ad dicendum contra producta ad tertiam diem. Si vero vna partium absens fuerit: ita proceditur per audientiam contradictarum. Si in prima commissione fiat mentio de eius absentia: & concludatur q̄ sola facti veritate inspecta vt supra procedatur. Et seruetur modus procedendi antedictus. Alioquin omnes termini palatii obseruentur: puta q̄ sola facti veritate inspecta: procedatur tunc prout procedi potest summarie & de plano omnes terminos palatii summarie in processu seruari solitos obseruando & illos abbreviando. Si vero committatur q̄ sola facti veritate inspecta & terminis non seruatis: tunc omnes termini in processu summarie seruentur & etiam abbrevientur ad arbitrium iudicis: Ut habetur in quadam decisione Rote.

CSIAS.